



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

27. Dies Decemb. Aquila est Joannes, sublimum Prædicator; & lucis
æternæ, & internæ fixis oculis contemplator. Sanctus Augustinus in Joan.
tractat. 36.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

decemb.

Tesserā.

1041

agnoverunt accepti Nuntii veritatem : quod mox sparsere in vulgus; & eos, qui audierunt, propriæ admirationis, & gaudii participes effecerunt. Hic habes compendium mirabilium, quæ fecit mirabilis Dominus, non tantum mirabilis in sanctis suis, sed in panibus suis. Imitemur concinentes Pastores, in hac solennitate Pastoris boni? Itaque

Nos resonante lyrâ, modulemusr carmina mira.

27. DIES DECEMB.

Aquila est Joannes, sublimium Prædicator; & lucis æternæ, & internæ fixis oculis contemplator. *Sanctus Augustinus in Joan. tractat. 36.*

Dignitas I.
stabuli
Bethlee-
nicici.

Ut toto corde diligamus natum Jesum : tribus voculis , nos non tam accedit, quam compellit, Discipulus ille, quem diligebat Christus: dum, videlicet, hæc scriberet: *Verbum, Caro factum est.* Ut inflammetur amore Dei, frustâ alia excogitamus verba : postquam Verbum Increatum, fuit Incarnatum. Propter hæc sola verba quia tam sublimia , merito Joannes vocatur Aquila; nemo volavit excelsius, quia nemo scripsit Divinitus. Nos, ut Aquilæ evadamus ad parvam illam Aquilam: quæ non evolavit in altum, sed descendit ad ima: quæ non posuit nidum suum in arduis, sed in humilibus convolemus. Non, ut Pastores transierimus usque in Bethleem, mox inde abituri: sed ibi commotando, mansionem faciamus. Parvulus Jesus, qui heri adhuc jacebat in præsepio: nunc, quasi humilior sublatus subsellio, consideret in Matris gremio: Hinc Amoris jura, & leges dictat. O felix antrum Bethleem,

Pars III.

Vuu

&

1042 *Christiani Militis* Decemb.
 & quocunque Capitolio nobilius ! Hoc stramineum
 mapale, & humile antrum, augustius, & sacratus est,
 quam ipsum Salomonis Templum: quia, qui hic ja-
 ceret, plus quam Salomon est: pluris incomparabiliter
 facienda sunt bina illa, quae stiparunt præsepe Infan-
 tis-Dei, jumenta, bos, & asinus, (quam duodecim illi
 licet auro rigidi, qui thronum Salomonis stipabant,
 leonculi.

II. O casagentilicia, Amoris Bethleem, in qua Je-
 sus Amor triumphat ! amœnior millies illa cisterna
 Bethleem, cuius undis levare sitim, Davidis votum
 fuit, Ah in te ! ô specus, Patria Dei mei ! Ah in te, Ori-
 go fontis est ! cuius aquæ saliunt in vitam æternam: &
 ex quo, qui bibit, non sitiet iterum. O Bethleem ! ô na-
 tale solum Amoris ! ô horreum, & domus panis, unde
 Angeli sicut immortales ! ô quale, in tefrumentum
 conditum est ! frumentum electorum. O quale gra-
 num ex aridis aristis tuis eminet ! Granum, quod olim
 cadens in terram, & mortuum, fructum oppidò mul-
 tum, & cen ruplicato cum fænore adferet. O Puer au-
 ree ! ô Infans, Amor ! Tu, inter, paleas cunarum tu-
 rum spica es: septem illis Pharaonis spicis, plenis, at-
 que formosis, una plenior, atque formosior, Tu, spica
 es, Josephi manipulo mille partibus præstantior: hunc
 enim stantem in agro, manipuli fratrum adorarunt:
 ante Te vero, sedentem ad dexteram Matris tuæ, ce-
 lestium, & inferorum genua curvantur. In cavo spe-
 luncae illius antro jocosa Amoris voces ludunt. Quod
 enim Bos, & Asinus anhelant : quod Pastores lo-
 quuntur ad invicem: quod Josephus Pastoribus nar-
 rat: quod Angeli canunt: quod Maria Virgo suspirat:
 quod patrus ille Deus, omnium Amor plorat: Om-

emb.
ineum
ius est,
hic ja-
biliter
Infan-
cim illi-
abant,

quâ Je-
isterna
votum
e, Ori-
ham: &
n: o na-
s, unde
entum
le gra-
d olim
ò mul-
ier au-
m tu-
is, at-
u, spica
r: hunc
arum:
æ, ce-
vo spe-
Quod
reslo-
is nar-
spirat:
Omnia

Decemb.

Tessera.

1043

nia hæc, soni sunt: qui à specu Bethleem, ad aures cor-
dis nostri repercussi, non cessant clamare: ne cessa-
mare. Procumbo ergo ante thronum præsepii tui: &
professionem æterni amoris, ac servitutis Tibi nun-
cupo. O Puer, o Deus! o hominum, & Angelorum
Amor! o Rex cordis meis! o Imperator animæ meæ!
Tuus sum ex toto totus.

III. Sta hîc viator in hac lutea spelunca, ad hoc
fæneum præsepe: & dum vides eum, qui venit ignem
mittere in terram: ut accendatur, algere, gaudium
universæ terræ plorare, Isaac, hoc est, Risum nostrum
flere: qui linguas infantium facit disertas, infantis in-
star vagire: sapientiam balbutire, fortitudinem tre-
mtere, Immensitatem coarctari, Potentiam debilitari:
deniq; Christū, ut intret in gloriam suam, vix cœpisse
nasci, mox incepisse pati: de te, quid cogitas? Christus,
qui peccatū non fecit: qui ex Virgine est natus, vix na-
tus, voluit pati: & tu, qui in peccatis natus es totus non
modò pati refractarius recusas, sed vel umbrā patien-
di meticulosus reformidas? Ah! ut sim cōformis ima-
gini mè: hoc mihi, quod tuæ olim sponsæ Teresiæ,
lit pro symbolo: *Aut pati: aut mori.* Excipient igitur,
me; casus improsperi: exhaustiat me egestas: occupent
agritudines: fames stringat: eludi meas (pes sentiam)
falli vota: conatus excidere: circumfistant me tor-
menta: ferrum, & flamma, in meum caput incum-
bant: quæcumque sæva, & acerba, homines dicunt,
me assiliant. Aquæ multæ falsorum horum fluctuum
non poterunt extinguere caritatem, nec flumina in-
undanti um malorum obruent eam. Non habent ca-
lamitates impetum, qui amoris mei in Deum-Infan-
tem, constantiā, non dico, prosternat, sed vel quatiat.

Vuu 2

Nutritur,

1044 *Christiani Militis* Decemb.
tritur, & crescit adversis Amor : & ingruentia mala,
in tuam laudem vertit. Non volo, ô Amor meus, im-
mori rosis! dum cerno duras tuas, quibus incubis,
stipulas : non placet mihi, mors pallida in plumis, ex-
cipienda : opto potius vel fumosam, inter ignes : vel
cruentam, inter enses. Non subtraho me iustibus tuis,
ô blande Puer : mihi eris blandus, etiam dum in me
fueris sacerdos : fieri, quam lubet : quia volentem per-
cutis.

Per Castra, & rastra, ignem, & ferrum, tendis ad astrum.

28. DIES DECEMBERIS.

Herodes persequitur parvulum ; sed stellæ obsequen-
tis fulgor declarat Deum. *Gaudentius serm. 19.*

Amor I.
Christi in
nos.

PArvulus ille Regulus, ut vel tunc
multos haberet sui Regni han-
des permisit, ut in parvulos fer-
rum stringeret Herodes : ut per
Herodem infantium sanguine, suam perficeret lau-
dem: Voluit vix natus, docere viam ad cælum, hoc
est, ad terram illam fluente in lacte, & in melle, non elle
lacteam, sed cruentam, dum tot infantium voluit
effundi cruorem. Hi parvuli, dum fuerunt primi
Martyrum, aliis omnibus signum extulerunt ad
Martyrium. Sed, dum Herodes, Christum, ut morta-
lem hominem persequitur : Deum immortalem de-
clarat stella fulgens, dum illi obsequitur. Vel sic mun-
do se prodidit mundi victorem, tot, quæ pro illo ce-
ciderunt victimis. Parvulus ille Pontifex, non hirco-
ruin, vitulorum : sed parvolorum infantium sanguine
voluit sibi litarer : postea suum, ut Patri litarer, copio-
sissime effusurus. Ut tu cadas talis Christo hostia: elo-